



בשם יהוה אבי וכו'  
ויהוה הקדוש אמן.



Efficacissima *Prot-Evangelii* verba à corruptelis *Jesuitarum* vindicaturus, ad rem ipsam sine ulterioribus verborum anfractibus me accingo, ita tamen, ut præmittam, me ordine progressurum & propositurum esse.

- I. Status controversiæ evolutionem;
  - II. Nostrorum Argumentorum Enumerationem, eorundemque contrà Adversariorum *Φλυαείας* confirmationem;
  - III. Rationum contrariæ sententiæ confutationem,
- Clementèr nostris, queso, Deus annue captis,  
Vt Temet maneat gloria, nosq; salus!*

MEMBRUM PRIMUM,

*In quo legitimus controversiæ status formatur.*

Statum controversiæ evolvam *bifariam*: I. κατ' ἀρσιν removendo ea, quæ in dubium non vocantur II. κατὰ θέσιν attingendo illa, quæ nobis ansam cum adversa parte differendi præbent. Prius quod concernit, præsuppono cardinera dissidii i. in hoc non verti: An in corrupto & adulterino aliquo exemplari pro masculino pronomine *Νῆν* irrepsit fœmininum *Νῆη* vel *Νῆν*, nam etiamsi hoc concederetur, tamen particularis aliquis codex vitiatus puritati totius sacri Voluminis nihil præjudicare posset, cùm etiam *Logicus* sciat: *A particulari*